

Quinto Phil.
tex.com. 48. et
infra.

bilis mouent. Item motus sunt contrarij qui sunt ad ter-
minos acquirendos contrarios: vt motus qui est ad cali-
ditatē contrariatur / huic qui est ad frigiditatem.

Diuisio motus
ex. 1. Cell.

Motuum alius naturalis : z est cuius principium intra
se est natura: z talis est in principio remissus: z in fine in-
tensus. Alius animalis : z est cuius principium intra se est
anima : et talis in principio et in fine est remissus : et in
medio intensus . Alius est violentus et est cuius princi-
pium est extra: vim non conferens rei passe: et talis est in

Septi. Phil.
in textu Co. 10.

principio intensus: z in fine remissus . Motus violentus
diuiditur in pulsionem: tractionem: vectionem: z vertigi-

Impulsio.

nem. Pulsionis due sunt species. s. impulsio : z est quando

Expulsio.

mouens ei quod mouetur non deficit. Alia est expulsio: z

Ttractio.

est quando mouens ei quod mouetur deficit. Ttractio est

quando ad ipsum vel ad alterum velocior est motus tra-
hentis non separatus ab eo quod trahitur . Et ad hanc

Vertigo.

reducuntur quatuor: scilicet: inspiratio: respiratio: specu-

latio: z radiatio. Vertigo est motus compositus expulsio-

Vectio.

ne z tractione . Vectio est quando aliquid mouetur non

secundum se: sed secundum accidens: z hoc contingit tri-

Ex. 3. Phil. et
post predicamen-
tis.

bus modis: scilicet impulsione: tractione: z vertigine. Itē

motus aliter diuiditur in sex species: scilicet in generatio-

nem: corruptionem: augmentationē: alterationem: z loci